

Probatu tertio idem Antecedens ex hac definitione peccati a S. August. tradita. Peccatum est factum, dictum, concupitum contra legem Dei aeternam: Ergo omne opus a lege aeterna, & naturalis, qua est ejus participatio, diffidens, malum est & illicitum, quamvis bonum ac licitum existimetur. Unde D. Thomas supra qu. 19. art. 5. docet bonitatem voluntatis pendere ex lege aeterna.

Hac sunt praecipua fundamenta illorum qui docent, nullam proflus dari posse ignorantiam juris naturalis, qua non sit invincibilis & culpabilis, quibus facile responderi potest, juxta principia a nobis statuta: Unde ad primum locum D. Thomae respondeo, illud quod est contra legem, semper esse malum, nec excusari per hoc quod est secundum conscientiam erroneam: errore crasso & affectato, qui non excusat a peccato, bene tamen id quod est secundum conscientiam erroneam errori invincibili, quem a peccato eximere docet S. Doctor, non solum locis in tract. de peccatis cap. 5. relatis, sed etiam in illo art. 13. quodlibeti 8. in argumento, sed contra, ubi sic ait: Si aliquis habuerit diligentiam, inquirens an habere plures praedictas sit licitum, nec invenit aliquid quod ipsum moveat ad hoc quod sit illicitum, videtur quod sub peccato plures posse praedictas habere: At fieri potest quod sit contra legem divinam habere plures praedictas: Ergo ex S. Thoma ille non peccat qui ex ignorantia invincibili facit aliquid legi divinae repugnans. Unde idem S. Doctor in eodem quodlibeto artic. 15. sic ait: Error autem conscientiae quandoque habet vim absolutam seu excusandi, quando scilicet procedit ex ignorantia ejus quod quis scire non potest, vel scire non tenetur. Ex quibus liquet nostram interpretationem legitimam esse: Unde traditur a S. Antonio x. p. tract. 3. cap. 10. §. 10. ubi ait: hac verba D. Thomae (quibus asserit in dicto quodlibeto illud quod est contra legem semper malum) non possunt intelligi nisi de his ubi manifeste patet ex Scriptura vel determinatione Ecclesiae quod sit contra legem Dei, & non de illis intelligi ubi non apparet, alias sibi contradiceret.

55 Ex his patet responso ad alium locum ex quodlib. 9. delumptum, quando enim S. Doctor ait, Error qui non creditur esse peccatum mortale quod est peccatum mortale, conscientiam non excusat a vero, licet forte a tanto, loquitur de errore crasso & affectato, vel de errore vincibili qui oritur ex negligentia addiscendi, non vero de errore invincibili & inculpabili. Idem proflus dicendum ad tertium textum quodlibeti 7. art. 10. ubi ait quod nullus excusatur, si sentiat opinionem aliquam Magistri: hoc enim intelligendum est de eo qui ex ignorantia vincibili & culpabili opinionem illam sequitur; scus vero de illo qui invincibiliter & culpabiliter talem errorem ignorat.

56 Ad testimonia SS. Patrum similiter dicendum est, illos tantum locis adhaerere significare voluisse, eos qui ex errore crasso & affectato, aut errore vincibili, qui oritur ex negligentia addiscendi, putant bonum esse quod malum est, aut malum quod bonum est, peccare ex conscientia erronea, qua non excusat a peccato, ut in tractatu de actibus humanis offensum est. Unde quando Tertullianus ait, nunquam excusari quod Deus damnat, hoc debet intelligi quando scienter & voluntarie fit, vel quando fit ex errore vincibili, non vero si ignoranter & involuntarie fiat, vel ex errore invincibili.

Ad tertiam probationem delumptam ex definitione peccati, respondeo quod quando D. August. definit peccatum, factum, dictum, vel concupitum contra legem aeternam, hoc intelligendum est de lege aeterna, ut intimata & participata a dictamine rationis, quod est proxima regula actuum humanorum, & quaedam aeterna legis impressio, participatio, & denuntiatio, ut docet S. Thomas supra qu. 19. art. 4. Unde quando lex aeterna per cognitionem intellectus, seu dictamen rationis homini non intimatur, sed invincibiliter & inculpabiliter ignoratur, seu quando nullum est dictamen rationis prohibens actum, quamvis legi aeternae contrarius sit, non est peccatum formaliter, sed tantum materialiter. Ex quo intelliges, quod quando D. Thomas ait, bonitatem voluntatis pendere a lege aeterna, loquitur de lege aeterna, & ut per divinam revelationem aut dictamen naturale rationis nobis intimata, ut patet ex solutione ad 3. ubi sic ait: Licet lex aeterna sit nobis ignota secundum quod est in mente divina, innotescit tamen nobis vel per rationem naturalem, quae ab ea derivatur ut propria ejus imago, vel per aliquam revelationem superadditam.

57 Dices: Idem S. Doctor quodlib. 8. art. 13. docet duobus modis aliquem peccare, videlicet agendo contra legem Dei & agendo contra conscientiam, ita ut ad peccandum sufficiat alterum ex illis duobus: Ergo censet ad peccandum non requiri necessario intimationem legis aeternae, vel naturalis, qua fit per dictamen conscientiae.

Sed nego consequentiam, ut enim supra ostendimus, D. Thomas ibi non loquitur de conscientia secundum se & absolute considerata, prout importat dictamen rationis, legem aeternam aut naturalem intimantem: sed de conscientia erronea, errore crasso & vincibili. Unde solum in-

tendit, quod ut aliquis aetas sit bonus, requiritur quod sit secundum legem divinam & secundum conscientiam talem legem nobis intimantem; ut vero sit malus, alterum ex his duobus sufficit, nempe vel quod sit contra legem divinam, tamen non sit contra conscientiam; vel quod sit contra conscientiam erroneam, licet non sit contra legem divinam: quia conscientia erronea non excusat a peccato, sed illud causat, ut idem Doctor Angelicus docet supra qu. 19. art. 5. & 6.

Objicies ultimo: Plures antiqui Theologi, eruditione insignes, ut Alanus, D. Bonaventura, Albertus Magnus, Durandus, Hugo Victorinus, Guillelmus Parisiensis, Altiisiodorensis & alii, docent nullam dari ignorantiam invincibilem juris naturalis. Unde Gerson lib. de vita spirituali lect. 14. corol. 3. testatur eam sententiam suo tempore inter Theologos fuisse concordem: Quisquid sit (inquit) de ignorantia facti, aut juris humani positivi, concors est sententia, nullam in his quae legis divinae sunt, concors ignorantiam invincibilem. Id etiam videtur docere D. Thomas 3. p. qu. 89. art. 4. ad 5. his verbis: Hoc quod non habet aliquis conscientiam sui peccati, potest contingere dupliciter: uno modo per culpam suam, vel quia per ignorantiam juris, qua non excusat, repensat non esse peccatum quod est peccatum; puta si quis fornicator reputaret simplicem fornicationem non esse peccatum mortale, &c. Quibus verbis aperte declarat ignorantiam juris naturalis non excusare a peccato, subindeque non esse invincibilem & inculpabilem, sed culpabilem & vincibilem. Unde Gratianus x. qu. 5. Ignorantia (inquit) juris naturalis, omnibus adultis damnabilis est.

Respondeo quod quando illi celebres & antiqui Theologi docent, nullam dari ignorantiam invincibilem juris naturalis, loquuntur de jure naturali, ut dicta notissima illa & generalissima principia morum quae nullo indigent discussu, sed statim habita notitia terminantur, ipso lumine naturalis rationis, innotescunt, vel de aliis quae per facilem discursum ex illis deducuntur, non vero de illis quae non nisi longo ac difficili discursu ex primis deduci possunt, de quibus asserimus dari posse ignorantiam invincibilem. Eodem modo intelligendum est S. Thomae cum ait quod ignorantia juris non excusat a peccato, loquitur enim de ignorantia juris naturalis, quae ad praecipua principia legis naturae, quae ex primis sine labore, & per discursum facilem deducuntur, ut constat in exemplo quod asserit de fornicatione; praecipuum enim non fornicandi, ad secundaria legis naturalis praecipua pertinet. In eodem sensu intelligi & explicari debet Gratianus, dum ait quod ignorantia juris naturalis, omnibus adultis damnabilis est.

ARTICULUS IV.

Utrum lex natura pati possit mutationem, dispensationem, derogationem, vel derogationem, & interpretationem, vel epikiam?

§. I.

Quibusdam praemissa, statuuntur quatuor conclusiones quibus resolvuntur difficultates propositae.

Notandum primo, duplicem posse dari vel concepti mutationem legis: unam proprie dictam, quando lex ipsa mutatur in se, vel quia definit in se, ut quando ad tempus lata est, quae finito cessat, vel cum de justa fit injusta, vel quia abrogatur a superiore, vel quia restringitur per dispensationem, aliam impropiam & large sumptam, quando nimirum fiat mutatio ex parte materiae legis, per quam ipsa definit esse materia legis, & subjicere ejus obligationi, quae mutatio maxime locum habet in his quae pendent ab humano consensu & voluntate mutabili, ut in votis, juramentis, matrimoniiis, & similibus.

Notandum secundo, dispensationem legis differre ab irritatione, abrogatione, derogatione, & interpretatione ejusdem, quod dispensatio fit quando quis in aliquo casu ab obligatione legis eximitur, aliis ad legem ipsam manentibus obligatis; exempli gratia, infirmus dispensatur a lege jejunii propter suam infirmitatem, aliis qui sani sunt ea lege obstrictis: irritatio, quando obligatio legis aboletur & aufertur ab aliquo, antequam per eam perfecte obligetur, ut quando vota filiorum impuberum irritantur a parentibus, cum enim nondum annos pubertatis attingerint, nondum perfecte per hujusmodi vota obligantur, adeoque locus est ea a parentibus irritandi. Abrogatio est, quando lex absolute tollitur, seu aboletur, sive per contrariam legem & consuetudinem, sive desuetudinem, ut lex Apostolorum de abstinendo a sanguine & fisco: quo jamdudum desit, nec amplius obligat. Interpretatio vero, quando declaratur legem in aliquo casu minime obligare, sicut communiter dicitur ad dispensationem legis opus esse potestate & jurisdictione; ad interpretationem vero & declarationem, scientia & prudentia.

Notat-

60 Notandum tertio, epikiam ex Philosopho 5. Ethic. 10. esse legis emendationem, ubi desit propter universalem. Cum enim lex debeat esse universalis, & legislator singulos casus praevidere non possit, contingit ut in aliquo erret, & tunc utitur epikia, per praesumptam voluntatem legislatoris contra verba legis, quod, si tale desisset, in tali casu non obligaret. Verum, ut recte observat Cajetanus 2. 2. q. 120. art. 1. duobus modis potest lex deficere in aliquo particulari, negative scilicet & contrarie. Deficit negative, quando ita desit, ut si servetur, nihil mali sequatur: contrarie, quando injustum est illam servare. In secundo tantum casu locum habet epikia, in primo, servanda est lex, cum semper praestet custodia legis, quando nihil mali ex ea sequitur. His praemissis, pro resolutione primae difficultatis in titulo propositae.

Dico primo, legem naturalem non posse pati mutationem proprie dictam; bene tamen impropiam; seu ex parte materiae.

61 Prima pars, quae est D. Thomae hic art. 5. facile potest suaderi ex dictis in primo notabilis: Nam, ut ibi dicebamus, tunc mutatio legis proprie dicta contingit, quando lex ipsa mutatur in se, vel quia definit in se, ut quando ad tempus est lata, vel cum de justa fit injusta, vel quia abrogatur a superiori, vel ab illo per dispensationem restringitur: At nullo ex his modis lex naturae mutationem pati potest, non enim potest per seipsam definire, quia non est lata ad tempus, sed sine termino. Neque potest de justa fieri injusta, cum nihil praecipiat, quando non sit intrinsece & ex natura rei bonum: nihil prohibeat, quod non sit intrinsece & ex natura rei malum; neque enim bonum aut malum facit, sed offendit. Non potest etiam a Deo abrogari, vel per dispensationem restringi, ut ex infra dicendis constabit; Ergo mutationem proprie dictam pati nequit.

64 Quod vero mutatio impropiam, & ex parte materiae, in eam cadere possit, manifestum est: materia enim circa quam lex naturae versatur, non semper eodem modo se habet; sed interdum variatur, propter aliquas circumstantias occurrentes, unde fit illud quod erat de lege naturae, postea non fit de lege naturae: v. g. de lege naturae est, quod depositum sit reddendum, quando res in deposito constituta non petitur in damnum alicujus; sed quia potest contingere quod petatur in alicujus perniciem, tunc mutatur materia legis depositi, ratione cuius lex ipsa de reddendo deposito improprie mutatur, nam aetate dictabat depositum esse reddendum, quando scilicet non considerabatur haec circumstantia, modo vero contrarium dicitur, ratione talis circumstantiae. Propterea tamen ratio formalis talis legis non variatur, quia haec formaliter loquendo non fertur in rem absolutam consideratam, sine debitis circumstantiis, sed ut fiat subijctis; dicitur enim depositum esse reddendum, non utcumque, sed dum non petitur in perniciem alicujus, & non aliter: hoc autem nunquam variatur, nec variari potest, est enim intrinsece bonum, sicut colere Deum, & honorare parentes.

65 Notandum tamen est, quod licet haec variatio ratione materiae inveniantur in aliquibus praecipis legis naturae, non tamen in omnibus; sunt enim aliqua, quae nec ratione materiae mutari possunt, cum materia illorum per se requisita, sit omnino invariabilis, ut patet in praecipio de non mendando, mendacium enim adeo intrinsece malum est, quod nulla causa, ratione, aut sine honestari possit, non tamen contingit in redditione depositi.

Dico secundo, nullam potestatem, neque humanam, neque divinam, posse dispensare proprie in lege naturali, relaxando obligationem, immutata materiae praecipii, bene tamen improprie, mutando materiam ex qua proxime legis obligatio oriebatur. Ita communiter docent Theologi, paucis exceptis, qui existimant Deum in omnibus, vel saltem in aliquibus Decalogi praecipis, dispensare posse. Pro qua sententia referuntur D. Bonaventura, Scotus, Gabriel, Ocham, Durandus, & alii ex antiquioribus Theologis.

66 Probatu prima pars ratione fundamentali: Dupliciter tantum intelligi potest, quod fiat dispensatio in lege naturae primo, manente illicito, ac inhonesto, & naturae rationali, diffonso actu in quod dispensatur, mendacio v. g. vel adulterio: secundo ita quod per dispensationem actus desinat esse illicitus, & inhonestus, atque naturae rationali diffonso: Sed neutro modo fieri potest dispensatio in lege naturae: Ergo repugnat, ullam potestatem, humanam, vel divinam, proprie & directe dispensare in lege naturae. Major patet, Minor etiam quoad primam partem videtur manifesta, si enim Deus ita lege naturae dispensaret, ut homo eliceret aliquem actum, qui non obstante dispensatione maneret illicitus, inhonestus, & naturae rationali diffonso, dispensaret illum, ut peccaret, & actum intrinsece malum eliceret, quod infinita ejus facultatis repugnat. Probatu vero quantum ad secundam partem, quia praecipua negativa legis naturalis prohibent tantum actiones per se, intrinsece, & ex natura sua

Theol. Genes Tom. III.

malas, & dissentaneas naturae rationali, ut mentiri, furari, adulterium committere, falsum testimonium proferre, &c. Sed bonitas aut malitia intrinseca actus, non pendet ab intrinseca voluntate Dei, sed intrinseca naturae objecti, suis omnibus circumstantiis affecti: Ergo sicut Deus efficere non potest, ut quod est ex se tale, maneat invariatum quoad omnia, non sit tale, ita nec efficere poterit per dispensationem, ut actus lege naturae prohibitus, & naturae rationali diffonso, manens invariatus quoad omnia, non sit inhonestus & moraliter malus, non minus quam implicat, ut calor, invariatus quoad suam essentiam, fiat conaturalis aquae.

Quod diximus de praecipis negativis legis naturae, idem cum proportione dicendum est de affirmativis; praecipua enim affirmativa legis naturalis, obligant tantum in illis occasiombus, in quibus omisso actus praecipii esset intrinsece & per se mala: Ergo haec omisso non potest non esse mala, & fieri nequit ut per dispensationem adimatur illi malitia, ita ut actus illi omissioni oppositus, non sit adhuc moraliter necessarius.

67 Potest insuper eadem pars suaderi ratione quam insinuat S. Thomas infra q. 100. art. 8. Praecipua quae continent ipsum ordinem ad bonum commune, vel ipsum ordinem justitiae & virtutis, indispensabilia sunt: Sed praecipua Decalogi, quae ut art. 2. ostendimus, pertinet ad legem naturalem, continent ipsum ordinem ad bonum commune, ipsumque ordinem justitiae: Ergo in eis non potest fieri proprie dispensatio. Minor est certa, praecipua enim primae tabulae, quae ordinant ad Deum, continent ipsum ordinem ad bonum commune & finale, quod est Deus: praecipua autem secundae tabulae, ut scilicet nulli fiat indebitum, & cuilibet reddatur debitum. Major vero a D. Thoma sic probatur: Si poneretur hujusmodi praecipua in aliqua communitate, quod nullus desisteret Rempublicam, neque proderet civitati hostibus, aut quod nulli fiat indebitum, procul dubio essent omnino indispensabilia, quia nimirum ipsum ordinem ad bonum commune, ipsumque ordinem justitiae continent: Ergo praecipua quae continent ipsum ordinem ad bonum commune, vel ipsum ordinem justitiae, indispensabilia sunt.

Secunda vero pars conclusionis, quae asserit, Deum in praecipis naturalibus improprie dispensare posse, mutando materiam ex qua legis obligatio oriebatur, docetur ibidem a D. Thoma in resp. ad 3. & 2. a. q. 254. art. 2. a. 2. constabique ex dicendis in solutione tertiae objectionis. Et in hoc sensu loquuntur plerique Auctores, cum dicunt Deum dispensare posse in praecipis naturalibus, scilicet non relaxando obligationem, immutata materiae praecipii: sed mutando materiam, vel aliquam circumstantiam, ex qua proximo oriebatur obligatio legis. In eodem sensu intelligendum est & explicandum quod scribit D. Bernardus lib. de praecipio & dispensat. non longe ab initio, ubi sic ait: Necessarium danda, quod in violabile nominavi, illud intelligi, quod non ab homine traditur, sed divinitus promulgatum, nisi a Deo qui tradidit, mutari omnino non potest, ut exempli causa, non occidere, non machaberis, non furium facies, & reliqua illius tabulae legis scripta, quae est nullam proflus humanam dispensationem admittant, nec cuiquam hominum ex his aliquo modo servare aut licere aut licetis: Dominus tamen eorum, quod voluit, & quando voluit, solvit: sicut cum ab Hebraeis Aegyptio solvitur, sive quando Prophetam cum muliere fornicaria miseri voluit. De quo suffus in solutione tertiae objectionis.

Dico tertio, lex naturae nunquam potest abrogari, 68 nec illi unquam derogari.

Patet haec conclusio, tum quia obligatio legis naturalis oritur ex ipsa rerum natura, quae mutari non potest, tum etiam, quia lumen naturale, seu fynderesis, a qua lex naturae procedit, non potest in homine totaliter extingui; vel aboleri: Ergo neque lex ipsa naturae abrogari. Unde Augustinus lib. 2. Confess. cap. 5. Lex tua Domine (per quam intelligit naturam) scripta est in corde nostro, quam nulla unquam delet iniquitas. Et Tullius apud Lactantium lib. 1. de Divin. Instit. cap. 8. Haec legi (nempe naturali) nec praevigari fas est, nec derogari ex hac aliquando licet, neque vasa abrogari potest: nec vero aut per senatum, aut per populum hac lege liberari possumus. Per nullam ergo consuetudinem aut desuetudinem legi naturali derogatur, quippe cum consuetudines illi contrariae debeant dici potius corruptela, quam consuetudines: quo sensu dicebat Augustinus, Christum, cum venit in mundum, non dixisse, Ego sum consuetudo, sed ego sum veritas; ex quo praclare infert, consuetudinem contra veritatem inductam, qualis est ea quae contra jus naturae pugnat, esse vtilitatem erroris. Unde Codice Cum tanto, de consuetudine, dicitur quod consuetudo nunquam praescribit contra jus naturae, nimirum, jus naturale pravae potestivo humano.

Dico quarto, simplex interpretatio locum habere potest in lege naturali, non tamen epikia.

Y

Prima

Prima pars patet, cum enim omnia legis natura praecpta, non sint aequae nota, & aequae intellectu facilia, quaedam ex illis aliqua interpretatione indigent, ad hoc ut verus eorum sensus haberi possit. Exempli gratia lex naturalis quae jubet servare secretum, eget aliqua interpretatione, cum illa non obliget in omni casu, in eo scilicet in quo custodia secreti noceret Reipublicae. Similiter in lege naturali prohibente homicidium, explicandum est id non intelligi de occidente cum moderate inculpata tutela; vel alia iusta de causa. Et in lege naturali praecipiente restituere alienum intelligendum est, si fieri possit sine periculo vitae, vel sanæ, quae majus bonum est: vel sine damno domini, vel alterius, puta si furiosus ensem suum repetat, ad occidendam, vel prodigus pecuniam, ad profundendum.

Secunda vero pars probatur breviter contra Cajetanum, Sotum, Navarrum, Covarruviam, & alios, exilimantes Epikiam in lege naturali locum habere posse. Epikia enim, ut supra dicebamus, est legis emendatio ex ea parte qua deficit propter universalem: Sed lex naturae, neque emendabilis est, neque deficere potest propter universalem. Ergo epikia in eam cadere nequit. Major contentio est distinctis in tertio naturali, quod Princeps ad positivam, nam hic totam vim obligandi legi tribuit, sola sua voluntate, per extrinsecum imperium promulgata; Deus autem aliquam obligationem ex parte subjecti supponit, quam tollere sua voluntate non potest; cum sit essentialis obiecto. Unde ad primam confirmationem, nego etiam Antecedens, ea enim quae sunt legis naturalis, non obligant ex sola voluntate Dei, sed ex necessaria connexionem quam cum recto fine rationis habent.

Ad secundam respondet Conradus, quod quavis Deus nihil creatum necessario velit, quoad exercitium actus, tamen aliqua in quibus constituitur ordo, divina iustitia necessario vult quoad specificationem actus esse suppositivam. Bene enim scio quod Deus non necessario creavit patrem & filium hominem, nec per consequens necessario voluit esse praecipuum de honoratione patris; sed tamen si voluit esse patrem & filium, necessario voluit esse filium obligatum ad honorationem patris, &c.

Obijcies tertio: Homicidium, furtum, fornicatio, polygamia, & dissolutio matrimonii, legi & juri naturali repugnant; At Deus in his omnibus dispensare potest, immo & de facto dispensavit: dispensavit enim cum Abraham, ut filium suum interficeret, & immolaret; & cum Israelitis, ut Aegyptum spoliarent, & vasa aurea & argentea, quae commo dato ab Aegyptiis acceperant, se cum abducerent. Iussit quoque Ego Propheta, ut assumeret sibi mulierem fornicariam, & ex ea filios fornicationis susciperet. Denum dispensavit cum Judaeis, ut plures haberent uxores, eisque permisit uxores dimittere per libellum repudii, & alias ducere, ut constat ex verbis illis Moysis Deuter. 24. Si acceperit homo uxorem, & habuerit eam, & non invenierit gratiam in oculis ejus, propter aliquam fornicationem, scribet libellum repudii, & dabit in manu illius, & dimittet eam de domo sua. Cumque egressa alterum virum duxerit, & ille quicunque fuerit eam, desideratque ei libellum repudii, & dimiserit de domo sua, vel certe mortuus fuerit, non poterit prior maritus recipere eam in uxorem, quia palliata est, & abominabilis facta est coram Domino. Ergo Deus dispensare potest, & de facto saepe in lege & jure naturali dispensavit.

Respondet, concessa Majori, distinguendo Minorem: Deus in his omnibus dispensare potest, immo & de facto dispensavit, dispensatione improprie & large sumpta, mutando scilicet materiam, ex qua proxime legis obligatio oriebatur, concedo Minorem. Dispensatione proprie & stricte accepta, prout dicit relaxationem obligationis, immutata materia praecpta, nego Minorem, & consequentiam, vel distinguo consequens, distinctione Minoris. Dicimus ergo Deum in praedictis casibus non dispensasse proprie in lege & jure naturae, sed improprie tantum mutando materiam, & eam per mutationem subtrahendo legi naturali. Nam in primo exemplo, tamquam supremus Dominus vitae & necis omnium dedit jus Abrahæ in vita innocentis; vel eo tantum ministro & executor uti voluit. Lex autem naturalis non prohibet homicidium innocentis in tali casu.

In secundo, tamquam supremus Dominus bonorum omnium, habens in manu sua dominium creaturarum, transfudit dominium Aegyptiorum in Israelitis. Vel tamquam iudex supremus punivit Aegyptios hac poena, propter crudelitatem commissam in Israelitis, & usum sacrilegum vasorum illorum, quae ad idolorum cultum applicaverant, ut innuit Augustinus lib. 22. contra Faustum cap. 7. Aegypti (inquit) vanae sacrilegi & iniqui, nam ex auro illo male utentes ad Creatoris injuriam, suis idoli serviebant, & homines peregrinos labore gratuito iniuste ac voraciterque spoliabant. Vel denique Israelitis reddidit mercedem laborum suorum, quae merant fraudati ab Aegyptiis, ut loquitur Scriptura Sapient. 10. Quas rationes recenset Philo in libro de vita Moysis, ubi ait spolium illud Aegyptiorum, tripliciter peccato furti excusari, scilicet: primo, quod lex scripta dicitur esse haec ad correctionem

Secundum respondet primo cum D. Thoma hic art. 4. ad 3. communitatem bonorum, sicut & libertatem hominum, non esse de jure naturae positive, cum per jus naturale non praescribatur, sed negative tantum, quia divisionem bonorum aut servitutem non praecipit; quo sensu dicitur homo esse nudus naturaliter, non quod natura ei praecipiat nuditatem, sed quia eum absque vestibus reliquit.

Respondet secundo, quod licet omnia bona naturaliter sint communia, & homines omnes naturaliter liberi, & sui ipsorum domini, mutatio tamen quae illis advenit, per divisionem rerum, & servitutem jure gentium introductam, est tantum extrinseca, nec omnino id quod de jure naturae est infringit, cum non obstante illa rerum divisione & servitute, aliquando, videlicet in necessitate extrema, eadem rerum communitas, sicut & in crudelissima tyrannide, libertas hominum redeat, & servitus abrogetur, potest enim pauper extrema inopia laborans, accipere id quod sibi primum occurrit, ad subveniendum sibi, & ad conservandam vitam, quam alias certo perderet. Unde S. Th. hic art. 5. ait jus naturae solum mutari per additionem, non tamen subtractionem, quasi ipsum jus penitus aboleatur & subtrahatur. Quare Gratianus dist. 5. cap. 1. Naturale jus (inquit) inter omnia primatum obtinet tempore & dignitate, capit enim ab aeternitate creaturae, nec variatur tempore, sed immutabile semper permanet. Et dist. 6. cap. 3. Naturale jus ab aeternitate naturalis creaturae incipit, ut supra dictum est, mater immobile.

Ad confirmationem respondet D. Th. art. citato in resp. ad 2. quod lex scripta dicitur esse haec ad correctionem

§. II.

Solvuntur objectiones.

Obijcies primo contra primam conclusionem, homines in multis mutasse legem seu jus naturale, eique derogasse; nam v. g. jure naturali omnia erant communia, & omnes erant liberi, & tamen hominum voluntate introducta est bonorum divisio & proprietates, & aliqui facti sunt servi: Ergo lex naturalis potest pati mutationem.

Confirmatur ex Gloss. in c. 17. Ecclesiastici, ubi ait legem naturae aliquando emendari & corrigi per legem scriptam. Sed haec correctio veram & essentialiam mutationem illius arguit: Ergo, &c.

Ad objectionem respondeo primo cum D. Thoma hic art. 4. ad 3. communitatem bonorum, sicut & libertatem hominum, non esse de jure naturae positive, cum per jus naturale non praescribatur, sed negative tantum, quia divisionem bonorum aut servitutem non praecipit; quo sensu dicitur homo esse nudus naturaliter, non quod natura ei praecipiat nuditatem, sed quia eum absque vestibus reliquit.

Respondet secundo, quod licet omnia bona naturaliter sint communia, & homines omnes naturaliter liberi, & sui ipsorum domini, mutatio tamen quae illis advenit, per divisionem rerum, & servitutem jure gentium introductam, est tantum extrinseca, nec omnino id quod de jure naturae est infringit, cum non obstante illa rerum divisione & servitute, aliquando, videlicet in necessitate extrema, eadem rerum communitas, sicut & in crudelissima tyrannide, libertas hominum redeat, & servitus abrogetur, potest enim pauper extrema inopia laborans, accipere id quod sibi primum occurrit, ad subveniendum sibi, & ad conservandam vitam, quam alias certo perderet. Unde S. Th. hic art. 5. ait jus naturae solum mutari per additionem, non tamen subtractionem, quasi ipsum jus penitus aboleatur & subtrahatur. Quare Gratianus dist. 5. cap. 1. Naturale jus (inquit) inter omnia primatum obtinet tempore & dignitate, capit enim ab aeternitate creaturae, nec variatur tempore, sed immutabile semper permanet. Et dist. 6. cap. 3. Naturale jus ab aeternitate naturalis creaturae incipit, ut supra dictum est, mater immobile.

Ad confirmationem respondet D. Th. art. citato in resp. ad 2. quod lex scripta dicitur esse haec ad correctionem

nimirum titulo laboris impensi, titulo injuriae compensanda, & titulo justitiae belli, Primum (inquit) ut dicitur in libro de necessitate mercedem recipere. Deinde, ut pro acceptis temporibus servierant injuriis, si non pro merito, aliquid sanctorum damni reponebant. Sicut in bello victores, vicis solentur bonis, &c.

In tertio casu Deus tamquam supremus dominus corporum, potest efficere per se, quod faciant mas & femina per mutuum consensum legitimum quoad corporum traditionem, dedit autem meretricem Oseam in uxorem, antequam ad eam accederet, propter mysterium, quod eo facto tunc representabatur; quatenus scilicet ipse Deus debebat in sponsam assumere naturam humanam, quae per peccatum primorum parentum, & innumera alia, seipsam turpiter prostituisset, & meretrici infami similem reddiderat: sub omni quercu fronde in prophanis meretricis, tu fornicata es cum amatoribus alienis, verumtamen revertere.

Alii tamen exilimant, verum & legitimum consensum conjugalem inter Oseam & mulierem illam, antequam carnalem intercessisset, quia (inquunt) consensus est causa formalis matrimonii, quae a Deo suppletur nequit. Nec obstat quod talis mulier semper appellatur fornicaria, ideo namque sic appellatur, non quod tunc esset meretrix, sed quia antea fuerat talis; non est insolitum in Scriptura, res interdum retinere denominationem eorum quae antea erant: Eva enim post formationem suam appellata est ab Adamo os: Hoc nunc os ex ossibus meis, quia ante formationem talis erat. Et serpens Moyses ex virga ejus productus, non desinit adhuc appellari virga, ut patet ex his verbis Exodi 7. Devoravit virga Aaron virgas eorum. Item Eucharistia post consecrationem, non desinit aliquando adhuc appellari panis, quia antea panis erat. Eodem ergo modo haec mulier Osea appellatur fornicaria, quia ante factum cum Osea matrimonium talis erat. Filii vero ex tali matrimonio progenti, propter matris improbitatem, vocantur filii fornicationum.

In quarto casu, qui duas continet partes, alteram de polygamia, alteram de dimissione uxoris, per libellum repudii, dicendum est, Deum tamquam naturae auctorem, cui subiacent matrimonii jura, in ordine ad naturae propagationem & commune bonum totius speciei instituta, & tamquam supremum Dominum corpus, dominium corporis ad una in plures divisisse, quando plures simul habere uxores permisit; & irritatis prioris matrimonii vinculum, dum concessit Judaeis uxores dimittere, per libellum repudii. Unde in utroque casu fuit solum mutatio materiae, non vero stricta legis naturalis dispensatio; quia lex naturalis nunquam obligavit, ut non fieret matrimonium unius cum pluribus, Deo sic disponente de jure & contractu matrimonii, & impediens incommoda, quae sapientia natura ex pluralitate uxorum fieri solent. Similiter: lex naturae tantum prohibet repudium uxoris, quia mutatio matrimonium non insolitum; soluto autem matrimonii vinculo, non vetat quod conjuges possint transire ad alias nuptias.

Obijcies quarto contra tertiam conclusionem: Per leges civiles derogatur juri naturali, ut constat legibus usucapionis, & praescriptionis, quae auferunt a vero domino quod suum est, illudque transferunt in dominium usucapientis; cum tamen sit juri naturalis, ut nullus propriis bonis ab altero spoliatur: Ergo juri naturali per positivum derogari potest.

Respondet, negando Antecedens, nam per leges usucapionis & praescriptionis, non derogatur proprie legi naturali praecipienti quod nullas propriis bonis ab altero spoliatur, sed solum fit mutatio materiae legi antea subiecta. Lex enim naturalis prohibet tantum ne retineatur alienum, domino rationabiliter invito: cum vero per leges usucapionis & praescriptionis transferatur dominium bonorum propriorum, dominus non est rationabiliter invitatus; quia nimirum leges illae institutae sunt ad bonum commune tenendum & conservandum, ne scilicet rerum dominia diu incerta maneat, & ne litis interminabiles fiant, & supra numerum multiplicentur.

Obijcies primo contra secundam partem quartae conclusionis: Praecipuum negativum furti pertinet ad legem naturalem, cum ad eam omnia praecpta decalogi (excepto praecpto de sanctificatione Sabbati) pertineant, ut articulo praecedenti ostensum est: Sed tale praecptum pati potest interpretationem per epikiam, & dici non obligare in eo casu in quo aliquis a domino invito aliquid accipit in extrema necessitate: Ergo interpretatio per epikiam locum habere potest in lege naturali.

Respondet, concessa Majori, negando Minorem; cum enim quis declarat per legem illam non servaverit, non esse prohibitum accipere aliquid ab alio, ad vitam in extrema necessitate sustentandam, haec declaratio non pertinet ad epikiam, sed est simplex legis interpretatio; quia cum sit aliqua mutatio in obiecto vel circumstantiis intrinsecis, propter quam actus definit esse malus, tunc proprie loquendo non est epikia, cum non vertitur Theol. Gonet, Tom. III.

circa materiam a lege comprehensam, sed est declaratio materiae legis.

§. III.

Corollarium praecedentis doctrinae.

EX dictis colligitur, Deum proprie loquendo in nullis lo ex praecptis decalogi dispensare posse, tum quia talia praecpta (ut supra ostendimus) ipsam intentionem legislatoris, scilicet Dei, continent; tum etiam quia id quod eis praecipitur est intrinsece bonum, quales est dilectio Dei, & quod per ipsa prohibetur est extrinsece malum, ut perjurium. Si tamen sit sermo de dispensatione improprie & late, ut se extendit ad immutationem quae cessat legis materia, aut lex ipsa, variatione circumstantiarum, & subtractione conditionis requisitae, Deum dispensare posse in praecptis secunda tabulae, non tamen prima, quia quae sunt contra praecpta prima tabulae, cum sint contra Deum, ita habent conjunctam malitiam, ut nec variatione alicujus circumstantiae mutari possit materia sufficiens peccati; fieri enim nequit, ut quod est contra Deum, non sit inordinatum, illicitum, & malum, unde odium Dei, aut cultus idoli, nulla circumstantia, potest fieri bene aut non male: quae vero sunt contra praecpta secunda tabulae, cum sint immediate contra proximum, contra quem aliquid potest fieri licite auctoritate divina, non ita habent conjunctam malitiam, ut variatione alicujus circumstantiae mutari non possit materia sufficiens peccati, si enim Deus facultatem alicui faciat occidendi hominem, illum absque peccato potest occidere.

Nec obstat impletionem voti pertinere ad praecpta prima tabulae, & in voto posse dispensari. Respondetur enim cum D. Thom. 2. 2. q. 88. art. 10. ad 2. quod adimpletio, durante voti obligatione, est de lege naturali, & pertinet ad praecpta prima tabulae, per dispensationem autem voti, cessat ejus obligatio; sicut nec relaxatur praecptum juris naturae; nec in eo aliquo modo dispensatur; sicut nec quando dispensatur in lege humana, aliquo modo dispensatur in lege naturae, & mandato divino, praecipiente ut legi humanae obediantur; quia per dispensationem fit, ut lex humana ejusque obligatio cesset in hoc casu. Verba S. Doctoris sunt: Sicut ex jure naturali, & praecpto divino, tenetur homo implere votum, ita etiam tenetur ex eisdem obedire superiorum legi vel mandato. Et tamen cum dispensatur in aliquo lege humana, non fit ut legi humanae non obediantur, quod est contra legem naturae, & mandatum divinum; sed fit, ut hoc quod erat lex non sit lex in hoc casu: ita etiam auctoritate superioris dispensantis fit, ut hoc quod continebatur sub voto, non continetur; in quantum determinatur in hoc casu, hoc non esse congruum materiam voti: Et ideo cum Prelatus Ecclesiae dispensat in voto, non dispensat in praecpto juris naturalis vel divini, sed determinate id quod cadebat sub obligatione deliberationis humanae, quae non potest omnia circumspicere.

DISPUTATIO IV.

De Lege Humana.

Ad quaestionem 95. D. Thomae.

Cum leges humanae a naturali ut rivuli a fonte deriventur, merito S. Doctor, postquam egit de lege naturali, statim differit de lege humana, circa quam plures ac celebres occurrunt difficultates & controversiae, sequentibus articulis discutienda, & resolvenda.

ARTICULUS I.

An & quid sit lex humana, quibusque conditionibus & qualitatibus gaudeat?

Dico primo, praeter legem naturalem & divinam, ad haec necessarias esse leges humanas. Ita D. Thomas hic artic. 1. ubi legitur humanarum necessitatem probat hoc discursu: Protervis & ad vitam prout, qui verbis facile moveri non possunt, necessarium fuit, quod per vim & metum ab alio cohiberentur a malo, ut saltem sic male facere desisterent, & alius quietam vitam redderent, & ipsi tandem per hujusmodi abstinentiam ad hoc perducerentur, quod volenter facerent quod prius metu implebant, & sic fierent virtuosius: Sed haec cohibitio cogens metu poene, fit per disciplinam legum humanarum, juxta illud Iudori lib. 5. Erymolog. cap. 20. quod assert S. Doctor in argumento sed contra: Falla sunt leges, ut humanae coarcentur audentia, tuncque fit inter improbos innocentia, & in ipsis improbis formidato supplicio refranetur nocendi facultas. Ergo necessarium fuit, ad pacem hominum, & virtutem, aliquas leges poni ab hominibus. Id autem Y 2 multo